



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES IVRIDICAE.
DE CONFESSIS,
MATERIA. IN IVRE NO-
STRO, VSITATISSIMA.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,
SVB PRAESIDIO CLARISSIMORVM, CONSVL-
tissimorumque virorum D. Ioannis Michaëlis Cronen-
burgeri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. in flo-
rentissimo apud Agrippinates Iuridicæ facultatis Colle-
gio, Dictatoris, & Fisci, pro recepta laudabili con-
suetudine, publicè defendere cona-
bitur

IOANNES HERMANNVS
ALSVELDIVS AGRIPPINAS.

*Anno partæ salutis CI^o, I^o. LXXXVII.
X. die Decembris.*



COLONIAE AGRIPPINAE Dd
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

4
83

CONTINUATIO.



*U*m de verè condemnatis, hoc est iudicatis dictum sit, iusto ordine, materia de quasi condemnatis, hoc est confessis ab imperatore subijcitur, (a) nam cōfessi plerumque pro iudicatis habentur. (b)

(a) glos. in rub. huius tituli. Azo in sum. C. h. t. V. Ves. & Brant. in parat. hoc loco. Zas. in rub. h. t. in prin. (b) l. 1. l. 3. in fi. ff. h. t. Paul. Recept. sent. lib. 5. cap. 5 §. 2. sicut maior 4. C. de rep. h. red. l. de donari, §. quidam, ff. de donat. l. post rem, ff. de re iud. l. 1. §. 7. ff. si quid in fraud. patr. l. cuiusque 4. §. item ff. ad l. Iul. maieft.

THESIS I.

Confessio à Dd. distinguitur, in iudicalem, & extraiudicalem, & prius de iudiciali qua validior frequentiorq; postea de extraiudiciali videbimus.

V. Ves. in parat. h. t. n. 2. Rob. Mai. spec. aur. part. 6. de conf. nu. 1. Dd. communiter circa materiam huius tituli.

II.

*I*udicialis confessio est, qua fit in iudicio (a) coram suo iudice, (b) nam qua fit coram incompetente non habetur pro iudiciali (c) presente aduersario, (d) verbis minime ambiguis, (e) de re certa, (f) spontè, & liberè, absq; metu tormentis & omnis violentia, (g) ita vt neuiquam Iuri aut natura aduersetur. (h)

(a) c. 2. ext. cod. c. praterea quarto loco, ibi transactiones in iure. de trans. l. vni. in verb. in iure, C. h. t. (b) l. interrogatam 24. C. de lib. causa, c. at si clerici de iud. l. post rem ff. de re iud. (c) d. c. at si clerici, c. sicut nobis §. fin. ibi suo iudice, de sent. & re iud. l. 1. ibi aditus cōpetens iudex, C. de præd. & ali. reb. min. l. pacta 12. C. de pactis. Ias. in l. magistratibus nu. 3 & 4. ff. de iurisd. Bart. in l. & in priuatorum 4. C. si à non comp. iud. (d) l. certum §. si quis absente h. t. Paul. sent. lib. 5. cap. 5. §. 1. de vnoquoque 47. ff. de re iud. l. ea quæ 7. C. quom. & quand. iud. Oldend. c. 14. de re iud. (e) l. de arate §. nihil vbi Bart. ff. inter. actio. V. Ves. in par. num. 5. (f) l. certum & ibi Bart. & Zas. h. t. facit l. in sententijs 59. §. qui fortis ff. de re iud. Crauet. consil. 157. nu. 8 & 9. (g) c. 15. quæst. 6. l. qui in carcerem vbi glos. & Bart. ff. de eo quod met. caus. l. 1. §. quæstioni & §. Diuus vbi cōmuniter Dd. ff. de quæst. Hip. in pract. crim. §. expedita nu. 16. (h) l. confessionibus 13. §. et si eum, ff. de inter. actio. Crauet. consil. pro genero nu. 364. Ias. in l. errorem, C. de iur. & fact. igno. idē in l. iusiurandum quod ex conuentione, §. procurator, ff. de iureiur. l. obseruare 2. vbi Bart. C. quorum appell. non recipiatur.

III.

*V*nde si quispiam quid per errorem intellige facti, (a) error enim iuris nō excusat (b) confessus sit, & ante litem contestatam sententiamq; latam reuocauerit, (c) ipso iure tutus erit, vel saltem ei restitutio in integrum dabitur. (d)

(a) l. 2. vbi glos. Bart. Zas. per multas limitationes latè ff. h. t. l. error, l. cum quis 10. C. de iur. & fact. igno. l. error 9. C. ad l. Falc. (b) d. l. cum quis 10. l. 9. in prin. & §. vlt. ff. de iur. & fact. igno. l. 2. ff. cod. l. in bonorum ff. de bon. poss. l. liberorum, §. notatur, ff. de his qui not. infa. l. si fideiussor §. 1. ff. mandati, Cuiac. lib. 5. obs. 39. (c) d. l. error facti 7. C. de iur. & fact. igno.

ign l. cum putarem vbi glo ff. fam. hercis. Zas. in l. 2. h. t. latè. (d) l. 2. l. vlt. in fin. vbi glo. & Bart. h. t.

IIII.

Sed & vt confessio valida sit, confitentem 25. annis maiorem esse conuenit. Minor enim contra confessionem suam in integrum restituatur, (a) sententiæ in eum indefensum lata pro nihilo habebitur, (b) nisi ipsi utilis fuerit. (c)

(a) l. certum 6. §. minorem ff. h. t. l. contra pupillum 54. ff. de re iud. (b) l. acta 45. in fin. d. t. l. 2. C. si tut. vel iur. inter. l. cum & minores 4. C. si aduer. rem iud. post. (c) l. non eo 14. C. de procur. l. si præses 6. vbi Salycetus C. quo. & quan. iudex.

V.

Pupilli quoque confessio sine auctoritate tutoris facta nequiquam valet, (a) quia eius etas quicquid videt ignorat, (b) nec sine tutoris auctoritate obligari potest. (c)

(a) d. l. certum §. in pupillo h. t. l. C. qui legit. pers. standi in iud. hab. (b) l. 1. §. impubes. C. de fals. moneta l. impuberes 22. ff. ad l. Corn. de falsis, l. prætor ait 2. §. vi bonorum 19. ff. de vi bonorum raptorum, (c) toto titulo ff. de auth. tutorum.

VI.

Quamuis alias omnis confitens dominus cause esse debeat, generaliter enim confessio absente domino facta, ipsi non nocet, sed procuratori.

argum. l. 3. §. si procurator ff. quod quisque iur. in al. l. 1. §. quoties ff. de vi & vi armata, l. meminerint C. vnde vi, l. vni §. si procurator, vbi Bart. ff. si quis ius dic. non obt. d. l. certum §. sed an. h. tit. l. si defensor, ff. de interrog. actio. Paul. Recept. sent. lib. 5. c. 5. §. 5. l. de vnoquoque ff. de re iud. l. ea quæ 7. C. quo. & quan. iud. Oldend. cap. 14. de re iud.

VII.

Circa hoc tamen plurime sunt Dd. limitationes, nos reliquis omisis duas magis communes ponemus. Quarum prima est nisi non voluntariè, sed necessitate respondendi ipsi à iudice imposita confessus quis fuerit. (a) Altera nisi speciale mandatum confitendi à domino habuerit. (b)

(a) sicut est in l. proinde 25. ff. ad l. Aquil. vbi glo. Bart. Alex. Paul. de Cast. & communiter omnes Dd. l. si se 4. in prin. ff. de re iud. l. quæ omnia 25. l. procuratore 55. l. Plautius 61. ff. de procurat. (b) l. si defensor 9. §. 4. vbi simil. Dd. ff. de inter. actio. l. 3. §. si procurator ff. quod quis iur. l. vni §. si procurator vbi Bart. latè ff. si quis ius dic. non obt. l. si procurator vbi idem Bart. ff. de cond. indeb. l. non solum ff. de procuratoribus. argum. l. nominissime cir. med. ff. quod fals. tut. aut. gest.

VIII.

Sed quid si generale habuerit? distinguunt Dd. aut enim agetur in voluntario iudicio, & confessio procuratoris domino non præiudicabit, (a) aut in contentioso vbi cogitur respondere & confiteri, & præiudicabit, (b) quàm distinctionem etiam ad tutores & curatores producant Bartolus & post eum Zasius, (c) dummodo cum tutore ceptum sit agi. (d)

(a) quia alienum factum nemini absque sua voluntate præiudicare debet, nec dominus ei commisisse videtur, vt res suas voluntariè profundat, d. l. si se 4. §. 1. ff. de re iud. d. l. proinde §. 1. vbi vid. glo. ff. ad l. Aquil. (b) l. non solum in princ. ff. de procur. l. 1. ff. de inter. actio. l. quoties §. licet ff. de adm. tut. (c) in l. certum §. sed an. num. 7. h. t. (d) quia quando auctoritate tutoris cum pupillo ceptum est agi, tutor non tenebitur respondere, d. §. sed an. l. 2. §. sed obseruatur C. de iur. calum.

IX.

Pulchra hinc oritur questio, an quoque confessio syndicatorum & prelatorum Ecclesia ipsis Ecclesiis preiudicet? quam si presente collegio eamq, non reuocante facta fuerit nocere, sin minus quia Ecclesiarum causa maximè est fauorabilis, non preiudicare putamus.

glof. in c. dudum 2. §. lite in verb. veritate dicenda, de elect. tex. est in c. presentium cum glof. ibid. de testib. Felin. in c. edoceri de resc. glof. & Bart. in l. certum, §. sed an. h. t. qui citat Cyn. in l. vni. 15. quæst. C. de conf. Rob. Mar. spec. aur. par. 6. de conf. num. 7. facit l. potuit pupillus, C. de iure deliberandi.

X.

Hac de personis. Modi per quos confessio fit, in legibus plures reperiuntur, nam & crimen confiteri intelligitur qui paciscitur, (a) ita tamen vt nummos numeret vel aliquid præstet, nam si gratis & absque vllis officiosis meritis id fiat pristinam existimationem integram, illibatamq, conseruabit. (b)

(a) l. quoniam §. ff. de his qui not. inf. l. de crimine 10. vbi Cuiac. C. d. l. Iul. de adult. gl. in l. transigere, C. de trans. l. fin. ff. de præuaricatoribus, l. in fisci 4. l. eius 29. in prin. ff. de iure fisci l. 2. in prin. ff. de bon. cor. qui ante sent. mort. &c. (b) l. furti, §. pactusque ff. de his qui not. infam. l. non damnatos 18. C. ex quib. caus. infam. irrogatur.

XI.

Contumax quoque quique per contumaciam iudicio sisti refugit quin confiteatur, vix dubitatur. (a) cum Ius Canonicum expressè dicat eum confiteri, qui nocens dilationibus iudicium subterfugit, veluti is qui innocens laesus est id quarit. (b) Hinc hodierna ciuitatum statuta oriuntur, quibus cauetur, vt contumaces pro confessis habeantur. (c)

(a) l. contumacia §. 1. ff. de re iud. argum. l. qui restituere 78. ff. de rei vend. l. creditor fin. §. 1. ff. de appel. l. properandum §. 1. & 2. C. de iud. Azo in sum. C. h. t. arg. l. manifestæ 38. ff. de iureiur. l. cum & iudices 2. §. quod si actor C. de iur. calum. §. 1. Inst. de poen. temere litig. (b) c. nullus dubitat. de præsumptionibus c. 3. quæst. 69. decernimus c. 2. de conf. in 6. (c) Zas. in l. certum in prin. h. t.

XII.

Sed & per fugam confessionem fieri, manifestum est, nam reus qui fugit damnato comparatur, & bona eius publicantur, (a) sui enim ipsius occultator propria sententia fit suspectus. (b) Vnde & olim ijs qui in voluntarium exilium ierant aqua & igni interdicebatur sequente bonorum publicatione. (c)

(a) l. si in libertinum 28. ff. de bonis libertorum, Nouel. 53. cap. si verò 4. ibi fit sui ipsius accusator, facit l. vis eius 15. C. de probationibus, (b) l. impuber. bus 7. §. 2. ff. de suspect. tut (c) Cuiacius lib. 7. obs. 22.

XIII.

Interdum quoque sola taciturnitas pro confessione est, nam vt vulgari fertur prouerbio qui tacet consentire videtur. Id tamè moribus vsuq, potius quam legibus introductum esse constat.

argum. l. 1. §. scientiam vbi Dd. ff. de trib. act. l. de ætate §. si cum §. si tamen, §. qui placuit, & §. nihil interest, ff. de inter. actio. l. qui tacet 142. ff. de reg. iur. l. sed quæ 12. ff. de spons. Cuiac. lib. 6. obs. vlt. cap. si is cui 2. de accus. in 6. c. nonne de præsump. 28. distinct. diaconi c. qui tacet de reg. iur. in 6. c. 1. & 2. de conf. in 6.

Hæc

XIV.

Hæc de modis. Nunc de re ipsa qua in confessionem venit videamus. Et imprimis existere idipsum oportebit quod quis confitetur, v.g. interfectum esse hominem si quis eadem se fecisse fateatur, quia nulla existente facti specie, frustra facta esse dicetur.

l. Iulianus 4. vbi Zas. ff. h. t. l. indè Neratius 23. cum l. seq. vbi Dd. ff. ad l. Aquil. Arclat. de hæred. notab. 2. V Vef. in parat. hoc loco num. 4.

XV.

Res quoque quam se quis debere confitebitur in rerum natura vt sit, confessionis rationi congruit, (a) tamen si morte captiuitate, aut quouis alio modo perierit, confitensq. se eam sciens certo debere asseuerauerit, & estimatione rei non existentis dare tenebitur. (b)

(a) l. 2. l. si ex legati ff. de verb. oblig. l. cum res, in fin. ff. de leg. 1. l. Iulianus vbi vide Zas. ff. h. t. l. penult. l. fin. ff. h. t. (b) l. 3. l. 5. ff. h. t.

XVI.

Quod sic intellige si facto suo moræ perierit, (a) superueniens namque casus morans precedentem neuiquam excusat. (b) Vnde si sine culpa sua perierit, quamuis pro diuersitate casuum multa à Dd. limitationes adferantur, generaliter rem non existentem, quamuis quis se debuisse confessus sit, non debet desinimus. (c)

(a) d. l. cum res §. fin. l. si is qui 56. ff. de iure dot. facit l. filiofamilias, §. si post diuortium ff. sol. matr. l. si vsusfructus 6. ff. de vsu & vsuf. l. si homo 8 ff. de re iud. l. nemo 82. §. 1. ff. de verb. oblig. item 15. §. 3. ff. de rei vend. (b) Bald. in l. apud Iulianum, §. fin. ff. de leg. 1. l. si seruus 108. §. 10. ff. eod. l. 3. C. de vsur. & fruct. leg. (c) Zas. in l. Iulianus h. t. tenore prædictorū fundamentorum.

XVII.

Ex hoc communis illa procedit conclusio, quod certū confessus pro iudicato habeatur, incertum non similiter, (a) hac tamen addita moderatione, vt si quis incertum confessus sit quod declarari potest, puta se pecuniam debere, virgendus est vt certam quantitatem confiteatur. (b)

(a) l. 3. l. 5. l. certum 6 vbi glos. Bart. Zas. & communiter dd. ff. h. t. Paul. lib. 2. recept. sent. cap. 1 §. vit. l. indè Neratius 23 in fin. ff. ad l. Aquil. l. fin. h. t. (b) argum. l. 1. §. quid ergo, ff. vent. inspiciendo, & hodiè ex lure Canonico sub pœna ex cõmunicationis, c. quoniã frequenter, §. fin. vt lit. non contest. d. l. certum 6. h. t. vbi Dd.

XVIII.

Sed queri solet, cum vti supradictum est, confessi pro iudicatis habeantur, an confessio semel in iudicio facta reuocari queat? quam irreuocabilem, si cui & sententiam nisi incontinenti, (a) aut ante sententiam, (b) iustissimis de causis fiat decernimus, ideòq. ad maiorem actorum securitatem consultissimum est, eam expressè acceptare, (c) & actis inseri facere quæ ratificant, & semper loquuntur. (d)

(a) cap. præterea, §. fin. de testi. cog. (b) iux. alleg. in thes. 3. litt. C. (c) Myns. cent. 4. obs. 51 vbi plurimos citat. (d) tex est in c. fin. de cohab. cleri. & in c. quoniam contra de probationibus. Bald. in auth. si qua mulier, C. ad Sctum Velleian. Francii. Mar. quæst. 508. nu. 17. qui multis ibid. Gail lib. 2. obs. 89. in fin. num. 7.

Hinc

XIX.

Hinc videtur hodierno tempore receptius esse, moribusq; observari, ut confessio probationis, (a) potius vim obtineat quam sententia, quamvis communis Dd. conclusio sit, quod confessio & sententia paribus passibus ambulent, (b) ita tamen ut quasi plenior, alias omnes virtute superet, ijsq; post hanc opus non sit, (c) Unde & cum alia probationes practicae sunt, quod singulare est, confessio nunquam non admittitur. (d)

(a) argum. l. Publica Mœvia §. Titius fin. vbi Bartolum vide & add. ff. de positi Zes. in l. 1. cir. fin. ff. h. t. Alex. conf. 127. v. i. a. num. 2. vol. 4. l. proinde 25 §. notandum ff. ad l. Aquil. cap. Pisanis ibi quam per eorum confessionem, de rest. spoliatorum. Bart. in l. si confessas ff. de cust. reorum. V. V. in par. h. t. num. 8. in fin. glo. in l. 1. C. de edendo, (b) l. post rem ff. de re iud. Bart. in l. certum, §. sed an num. 1. h. t. Zaf. in ead. l. §. sed et si fundum. Azo in sum. C. h. t. (c) d. l. post rem, d. l. proinde. (d) Felin. in c. licet causam nu. 18. vers. limita 8 de prob. Innoc. in c. ultra tertiam de rest. & ibi Bald. dicens quod in quacunque parte iudicij etiam post sententiam possint fieri confessiones, & alleg. glof. in l. Iulianus ff. de cond. indeb. Felin. in d. c. ultra tertiam cir. fin. vbi dicit Card. sic consuluisse in facto quod publicatis attestacionibus, possint fieri attestaciones, etiam super articulis ad quorum probationes adduci testes, amplius non possint, per c. 1. de conf. lib. 6. Myns. cent. 1. obs. 34. & 94. Bald. in rub. C. de prob. & in l. contra negantem, C. ad l. Aquil. Spec. rit. de pos. §. 4. vers. sed quid fin. Bald. in auth. qui semel, C. quom. & quand. iud. Id. in l. 2. §. quod observari in fin. C. de iur. cal. & in l. si quis in fin. C. de testamentis.

XX.

Difficilis hic, & variè inter Dd. agitata sese offert quaestio, an in confessum etiam sententia ferenda sit, & quamvis prisca iura varient, (a) nunc solum si Iudex de plano, & sine forma iudicij cognoscat, & ante datum libellum, litemq; contestatam, confessio ad partis petitionem facta est, sententia omittitur, (b) ita tamen ut Iudex precipiat intra certum tempus, quod confessum est praestari. (c)

(a) l. 1. l. certum 6. vbi Dd. ff. h. t. l. post rem 56. ff. de re iud. argum. l. cum 17. ff. de in. Ius voc. l. non est verisimile 23 in fin. ff. de eo qui met. caus. l. proinde §. fin. ff. ad l. Aquil. l. vbi cunque & tot. tit. ff. de inter. actio. Bald. in l. fin. C. de edendo; Azo in sum. C. h. t. (b) Secundum citatas ll. vid. Bart. & Zaf. in l. 1. & 6. h. t. V. V. in par. num. 8. (c) exemplum est in l. si debitor vbi Dd. ff. de iud. Masc. conclus. 344. num. 5. Tenninus caut. 28. num. 3. & 4.

XXI.

Nam cum ordine iudiciario proceditur, confessioq; post litem contestatam facta est, Iudex pronunciare debet, (a) precipuus enim ordo iudicij, precipuumq; fundamentum in sententia situm est, & consequenter cum in criminalibus exactissima iudiciorum ratio observanda sit, (b) constat in ijs definitivam sententiam planè esse necessariam. (c)

(a) l. 3. §. qui Stichum ff. h. t. l. fin. C. de exec. rei iud. (b) l. libellorum 3. vbi Dd. ff. de accus. cum similib. (c) l. si confessus 5. vbi Dd. communiter cum l. seq. ff. de cust. reorum, l. 1. & 2. C. de exh. reis vbi Clar. & Bart. glof. in l. 3. cir. fin. ff. ad l. Iul. maiest. l. qui sententiam 16. C. de pœnis. Zaf. & Bart. in l. 1. h. t. Masc. d. conclus. 344. nu. 5. Mar. d. l. num. 26.

XXII.

Confessus autem hoc modo in iudicio non statim ad solutionem cogitur, sed tempus quod iudi-

*iudicatis (a) ei quoque tribuitur, (b) quin & exceptiones reis competentes ei quoque sal-
ua manent. (c)*

(a) l. eos qui 2. & l. fin. C. de usur. rei iud. (b) l. certum 6 § fin. h. t. vbi Zaf. Castren. in l. si
debitori 21. ff. de iud. l. creditoribus ff. de re iud. (c) l. si filius 12. § exceptiones ff. de inter.
action.

XXIII.

*Hac de iudiciali. Extraiudicialis non easdem habet vires, quæ absente parte semiple-
nam, (a) presente plenam probationem facit, (b) facta q̄ coram aduersario & testibus
certa ex causa, (c) communiter vim pacti obtinet. (d)*

(a) Cast. in l. generaliter, C. de non num. pecun. Mar. d. loco num. 12. (b) Costal. in l. pu-
blia Mœuia 26. ff. de positi vbi Bart. simi. Mar. d. loco nu. 4. Masc. conclu. 346. Ias. in l. siue
num. 2. C. de transf. & in repetit. l. admonendi num. 192. de iur. iur. glos. & Abb. in c. fin.
col. 5. de suc. ab int. Alex. conf. 24. col. penult. in prin. in 2. vol. Idem conf. 36. & 152 in fin.
vol. 5. Phil. Cor. in conf. 113. in lit. S. in 1. vol. (d) l. tale pactum 41. in princ. vbi vide Bart.
& Dd. ff. de pact. argum. d. l. generaliter, Dd. communiter in l. 1. & in l. de ætate ff. de in-
ter. acti. l. cum de indebito §. fin. ff. de prob. l. si patronus 20. §. 1 ff. de donat. l. penult. C. de
pact. Can. in c. per tuas ext. de prob. c. si cautionem ext. de fid. instrum. Hostiensis ext. cod.
de conf. num. 3.

XXIV.

*In criminalibus etiam confessio extraiudicialis inditium facit ad torturam contra cõ-
fitemem, (a) non aduersus alium, (b) nisi in tortura dixerit. Sed ne sic quidem inditi-
um sufficiens facit ad torturam cum vix sufficiat ad purgationem inducendam. (c)*

(a) glos. & Bart. in l. cap. 5. ff. ad l. Iul. de adult. argum. l. quæro 58. ff. de ædil. edicto. Bart.
in l. quoniam ff. de his qui not. in fa. Bald. in l. ictus fustium ff. eod. t. Alex. & Ias. in l. magi-
straribus ff. de iurisd. om. iud. Mar. d. loco num. 3. VVes. h. t. num. 10. Menoch. lib. 1. de præ-
sumpt. q. 89. num. 14. Masc. concl. 347. num. 119. & concl. 349. (b) argum. l. c. si 12. C. ad l. Iul.
de adul. l. fin. vbi Dd. C. de accus. l. quoniam 11. C. de test. l. Sicuti 4. C. de quest. l. 1. §. cum
quis ff. eod. t. ext. h. t. (c) argum. l. qui sententiam C. de pœnis vbi Salycerus. H. p. in præc.
crim. §. diligent. num. 60. Boerius decis. 319. part. 2. VVesem. d. loco, (d) Hostien. Panor. &
Cano. in c. cum monasterium 1. de conf. glos. & Panorm. in c. significasti de adult. & in c.
qualiter 2. de accus. Rob. Mar. spec. aur. part. 6. de conf. num. 3. Vide tamen circa hanc the-
sin limitationes quas tradit Felin. in c. olim de resc. & in c. at si clerici col. 6. de iud. vbi cu-
mulat multos casus in quibus confessio extra iudicium etiam plenè probat in criminali-
bus. Mar. d. loco.

XXV.

*Quod si geminetur, vim iudicialis eam accipere certum est, ita vt non secus ac ista ob-
ligationem inducat.*

Cast. in l. publica §. fin. vbi & Cost. ff. de positi, l. cum scimus 22. vbi Bart. C. de ag. cens.
& col. lib. 11. Bald. in rub. C. res int. alios acta. Masc. concl. 347. num. 37. Ias. in §. in personā
num. 48. & ibi additio Inst. de act. Mar. d. loco num. 15. Zaf. lib. 1. conf. 1. num. 26. Gemina-
tio enim operatur alium naturalem effectum, sicut ex geminatione nudi pacti, dicitur pa-
ctum vestiri, & parere obligationē cum actione quæ alias ex tali pacto non nascuntur.
Ang. & Salyc. in l. petens C. de pact. Lud. Rom. conf. 290. col. 2. Felin. in c. olim de resc. &
in c.

in c. si cautio de fid. instru. & ibi etiam Abb. in fin. Bart. in l. i. in contractibus, §. sed quoni-
am C. de non num. pec.

XXVI.

*Sed quid de confessionibus in ultimis voluntatibus factis dicendum? eas sicuti in fau-
rem heredis non valere, (a) ita quoque ipsi non praeiudicare putamus, (b) nisi medium in-
rumentum interuenerit, (c) aut mors ex tempore subsequuta sit. (d)*

(a) l. rationes 6. §. i. C. de prob. l. i. C. arb. tut. (b) iuxta l. Lucius 88. §. quisquis mihi 8.
& ibi Dd ff. de leg. 2. (c) l. cum quis decedens 37. §. codicillis, ff. de leg. 3. d. l. rationes cum
authent. quod obtinet C. de prob. Alc. reg. 3. praesumpt. 4. num. 5. Matc. conclus. 359. num.
8. (d) Alciat. d. loco, Masc. conclus. 345. num. 30. & seq. facit. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. au-
c. sancimus 1. q. 7. V Vef. in parat. num. 10.

COROLLARIA.

I.

Confessionem coram arbitro factam, vim Iudicialis habere censemus.

l. penult. in fin. C. de recept. arbitris. Rob. Mar. spec. aur. part. 6. de conf. num. 31. Ioan.
de Imol. in c. praesenti de testibus. Masc. conclus. 344. num. 10. & 348. num. 14. Bart. in l. 2.
num. 14. & in l. i. cir. fin. ff. h. tit. Alex. conf. 19. cir. fin. vol. 4. Contra tenet Cyn. in l. i. C. de
conf. & Bald. in d. l. penult.

II.

*Iure Germanico indifferenter, in criminalibus causis post confessionem sententiam
appellatio denegatur.*

Gail lib. 1. obs. 1. num. 28. & lib. 1. de pace publ. cap. ult. num. 36. Myns. cent. 4. obs. 41. sec-
cus de iure communi vide quae cit. Gail. d. locis.

III.

*Loco Coronidis vulgatissimam eam subijcio questionem, an confessio soluta dotis, con-
tracto matrimonio facta valeat, quam simulatam & fraudulentam, nec vlla ratione, mo-
do exceptio, non numerata dotis opponatur, in praeiudicium creditorum cadere, tuebi-
mur.*

l. si quis posthac C. de bon. prof. glos. ibid. in verb. dotalium, & Saly. latè num. 2. l. cum
quis decedens §. Titia ff. de leg. 3. Alex. in l. i. num. 35. ff. sol. mar. Socin. amplif. ibidem nu.
69. cum seq. & communiter Dd. Bart. in l. 2. §. fin. num. 6. ff. si cert. pet. Alexand. conf. 142.
per totum volum. §. quem vide & Andr. Gail lib. 2. obseru. 81. vbi plurimos pro hac sens-
tentia citat.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum





B.I.G.

Farbkarte #13



THESES IVRIDICAE.

DE CONFESSIS,

MATERIA, IN IVRE NO-
STRO, VSITATISSIMA.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,
SVB PRAESIDIO CLARISSIMORVM, CONSVL-
tissimorumque virorum D. Ioannis Michaëlis Cronen-
burgeri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. in flo-
rentissimo apud Agrippinates Iuridicæ facultatis Colle-
gio, Dictatoris, & Fisci, pro recepta laudabili con-
suetudine, publicè defendere cona-
bitur

IOANNES HERMANNVS
ALVELDIVS AGRIPPINAS.

*Anno partæ salutis CI^o. I^o. LXXXVII.
X. die Decembris.*



COLONIAE AGRIPPINAE Dd
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



4
83

